

A patu succellit, sub Decio & Valeriano Ecclesiam persequen-
tibus, diuina voce monitus, fugit in Marcotidem Lybia,
& sibi latuit. *Euseb. l. 7. c. 11.*

° GREGORIUS THAVMATVRGVS, ingruente persecutione,
considerata fragilitate humanae naturae, quod plerique non
possent vsque ad mortem pro pietate decertare, auctor Ec-
clesiae fit, vt terribilem illum imperum atque incursum pau-
lisper declinaret: fatuus esse ducens, per fugam animam eo-
rum conseruari, quam stantes in acie certaminum, atque
periculorum, fidei fieri desertores. Ac quod maxime homi-
nibus persuaderetur, nullum animae periculum adferre, si vel
per fugam quam fidem conseruaret, suo exemplo auctor secede-
ndi sit, ipse ante alios secedendo periculi impetum deu-
tans. *Gregor. Nyssen. in eius vita.*

D. FRIPOLINVS, cum ab idololatriis tutus esse non posset,
precibus ad Deum, Rhenum veteri relicto aluco, nouum
accipere coegit, vt eo veluti propugnaculo contra iniurias
B Ethnicorum munitetur.

VICTOR Mauritani Maximi Imp. miles & aulicus, Me-
diolani, post varias poenas e vinculis fugiens latitauit. Mox
deprehensus prope eandem vrben in hortis principis, capite
plexus fuit, octauo Idus Maij. *Volaterranus lib. Vigesimo
Anthropologia.*

ACHILLES cum annum aetatis suae nonum expleuisset, pro-
nunciassetque Calchas vates, Troiam sine Achille capi non
posse: quia responsum tulisset a matre, Sibi in eo bello mo-
riendum fore: puellari habitu indutus, in Scyron, quae vna
est Cycladam, inter filias Lycomedis regis se abdidit. Hic
tamen inter puellas ab Vlyse agnitus est. *Natalis Comes
l. 9. Mythol. cap. 11.*

CLEOMENES Spartanorum rex, victus ab Antigono, cum
in Aegyptum fugeret, & Theocyion amicus consulere, vt
morte seruitutem antuerent: non sibi, sed patriae se super-
esse dicebat: mortis metu mortem sibi vltro consciscere.
Inani hominis esse, non fortis. *Plur. in eius vita.*

LAON, quem voto se obstrinxisset, quod se de Leucade
praecipitem daret, conscendit montem, & conspecta altitu-
dine, sese auertit. Id cum illi probri gratia obiceretur: Non
putaram, inquit, illi voto, maiore voto opus esse. Nemp-
qui facinus arduum concipit animo, prius a diis optare deb-
et animum facinori parem. *Plur. in Lacon.*

C Tribus annis Romae versatus Galenus, ingruente magna
peste confestim ex vrbe in patriam properauit, annum iam
agens tricesimum septimum.

INSIDIAS VITAE MODERATE DECLINARE.

° *Consule Tit. Prudentia in vitandis insidiis: illic respectu
Ratiois Prudentia declinantis, hic respectu Timoris Forti-
tudinis moderantis habetur ratio.*

DAVID Saül regis insidias summo studio euitauit. Ab vxo-
re Nichol per fenestram demissus, Ramatham ad Samuelem
confugit. *1. Reg. 19.* Inde persequente Saül, Nobam ad
Achimelech pontificem, a quo panes apposititios accepit, &
ensem Goliath. Mox ad Achim Gethæ regem, apud quem
insaniam simulauit, vt tutus esset. *Idem cap. 21.* Tandem in
splendorem Odollamam, vbi manum circiter quadringento-
rum virorum coegit, obaratorum, & fugitiuorum, & Mas-
pham Moabitum se recepit. Inde monente Gado vate, in
Iudææ fines concessit, in Haretham sylvam, & Palæstinos

D Ceilam oppugnantes cecidit Saül postea aduentare cum ex-
ercitu audiens, Ceilam reliquit, & saltus Ziphii munita loca
tenuit. Persequente Saül, in Maone saltu vndique cir-
cumfessis tenebatur, cum Saül ad Palæstinos, qui incur-
sionem fecerant, reprimendos, copias reducere cogitur. Vnde
locus ille Rupes diremptoria vocata est. Occupauit inde
Dauid Engadinorum arces. Mortuo Samuele in saltum Pha-
ranem se contulit, & inde ad Achim Gethæ regem, a quo
oppidum Siceleg ad habitandum cum suis obtinuit, è quo
excursionis faciebant in Gessuræos, Gerzæos & Amalechi-
thas. *1. Reg. 27.*

Cum discipuli Ioannis Baptistæ, Domino Iesu nuncia-
sent, quod ab Herode rege in carcere obruncatus fuisset:
Iesus secessit ex illa regione, ne Herodi occasionem maioris
flagitij committendi daret. *Matth. 14.*

Post suscitatum Lazarum cum Iudæi consilio indicto de
comprehendendo Iesu cogitarer, Iesus à Berhania in desertu,
in ciuitatem Ephraim abiit ad festum vsque Paschæ. *Ioã. 11.*

Iudæi Christum Dominum, propter curatam Sabbato E
manum aridam, cum Herodianis persequi cogitabant. At
ille furori illorum eedens, cum discipulis suis ad mare seces-
sit. *Matthæi 12. Marci 3. Luca 6.*

PAVLVS Apostolus, cum Damasci conuersus Christum
praedicaret, insidiantibus ei Iudæis, et portas omnes obser-
uantibus, à discipulis laxata sporta per murum demissus,
Hierosolymam peruenit. Vbi cum Græcanici eam interimere
conarentur, Casarem à fratribus deductus, Tarsumque
dimissus est. *Act. 9.*

Neque mortis reprehendenda fuga sit, siquidem vitam
non turpiter appetas, quod vnus quotidie venenum bibere ex-
F cogitauit, praesumptis remedijs, & inter ea nobili illa an-
tidoto, quæ nomen ab eo accepit, vt consuetudine ipsa
innoxium ferat. *Plin. lib. 25. cap. 2.* Idem insidiarum metu
venationes secutus per sylvas vagatus, diuersis montium re-
gionibus pernoctabat ignaris omnibus, quibus esset in lo-
cis astuetus feras persequi. Sic & insidias vitauit, & cor-
pus suum ad omnem virtutis patientiam indurauit: exerci-
tum quoque hyme media fortiter hæc tolerare docuit. *In-
struus lib. 37.*

Cum legati ad Turcorum reges introducuntur, singulos
bini purpurati in medio arreptis brachijs, quadam honoris
specie sustentantes, ad dextræ osculum perducunt: neque
externos homines ad tyrannum aliter admittunt, quam vt
sinu ferentur, an ferum sub veste lateat, implicatisque
eo modo brachijs, commouenda manus potestatem faci-
nus ausuris dissimulanter cripiunt: quanquam & assidenti in
thoro circumposita paratæque ad malum clypeus cum acina-
ce clauaque ferrea, ac item arcus & sagittæ conspiciantur.
Sab. Supplem. lib. 24. & Iouius l. 28.

Anno m. d. xxxvi. Hungaris ad Mugacium trucidatis, &
rege ipso Ludouico ad fœdum interitum palustris lacuna
submerso, victor Solymannus Budam rectè contendit. G
Vrbe, regæque potitus, ad Danubium posuit castra, inui-
sitque regiam arcem, ita tamen vt in eaminiè pernocta-
ret: quod antiqua Othomannorum lege cautum sit, vt Imper-
rator nusquam muris, sed fœx tantum custodiæ munimentis
confidat. *Iouius lib. 28. Hystor.*

HENRICVS VII. Anglorum regno pulcrè constituto, ta-
men praeteritis malis doctus, sibi adhuc inimicorum insidias
permetiscendas ducebat, quod mortales ab incunabulis odio
factionum imbuti, non facile soleant virus ex animo expue-
re. Itaque primus omnium Angliæ regum, stipatores corporis
habere cepit, quod à Francis principibus summissè Pertur.
Polydorus lib. 6.

RODVLPHVS Habsburgensis Imper. Itolorum insidias de-
clinans Romam inaugurationis à Pontifice suscipienda
causa proficisci renuit: quia ne vestigia terrent, inquit.
Cuspinianus.

FERD. Priscarius lorica, quæ iugulum tantum atque hu-
meros munit, in tamaltuarijs expeditionibus utebatur. H
nec sine ea somnum capere erat solitus. *Iouius in Priscario,
lib. 3.*

HOSTIUM VIM ET INSIDIAS
MODESTE DECLINARE. FVGA HONESTA.

° *Declinamus hostes, vt mala per se: per accidens etiam,
quatenus vel libertati, vel vitæ, vel gloria nostra insidiantur.
Ne eadem via repetere cogamus, ad hostium Fuga
simpliciter hic loquimur, quancumque ob causam fiat.
Consule Tit. Stratagematum, Imperator ne pugnet, qua-
tenus hostium congressum euitat. Item, Cum desperatis non
pugnare, Hostem clausum emittere.*

DAVID rex audiens filium Absalon in Hebron contra se
regem creatum, excessit Hierosolymis. suoque omnes pra-
missit, ne incanti ab Absalon opprimerentur, ipse Iorda-
nem traiecit, & in loca tuta se recepit. *2. Reg. 15.*

Quidam